

Alte Drucke

APOLOGIA || FRANCISCI || MONTANI PRO SOCIETATE || IESV IN GALLIA. || CONTRA ANTONII ARNALDI || Aduocati Parisiensis Philippicam. || Ex Gallico in ...

Richeome, Louis

Cracoviae, 1597

Caput XXIX.

Nutzungsbedingungen

Die Digitalisate des Francke-Portals sind urheberrechtlich geschützt. Sie dürfen für wissenschaftliche und private Zwecke heruntergeladen und ausgedruckt werden. Vorhandene Herkunftsbezeichnungen dürfen dabei nicht entfernt werden.

Eine kommerzielle oder institutionelle Nutzung oder Veröffentlichung dieser Inhalte ist ohne vorheriges schriftliches Einverständnis des Studienzentrums August Hermann Francke der Franckeschen Stiftungen nicht gestattet, das ggf. auf weitere Institutionen als Rechteinhaber verweist. Für die Veröffentlichung der Digitalisate können gemäß der Gebührenordnung der Franckeschen Stiftungen Entgelte erhoben werden.

Zur Erteilung einer Veröffentlichungsgenehmigung wenden Sie sich bitte an die Leiterin des Studienzentrums, Frau Dr. Britta Klosterberg, Franckeplatz 1, Haus 22-24, 06110 Halle (studienzentrum@francke-halle.de)

Terms of use

All digital documents of the Francke-Portal are protected by copyright. They may be downloaded and printed only for non-commercial educational, research and private purposes. Attached provenance marks may not be removed.

Commercial or institutional use or publication of these digital documents in printed or digital form is not allowed without obtaining prior written permission by the Study Center August Hermann Francke of the Francke Foundations which can refer to other institutions as right holders. If digital documents are published, the Study Center is entitled to charge a fee in accordance with the scale of charges of the Francke Foundations.

For reproduction requests and permissions, please contact the head of the Study Center, Frau Dr. Britta Klosterberg, Franckeplatz 1, Haus 22-24, 06110 Halle (studienzentrum@francke-halle.de)

urn:nbn:de:gbv:ha33-1-154864

obedientiam non versari in rebus diuinæ legi contrariis. Eodem modo Iesuitarum obedientia, quam suo Generali Dei loco præstant, non obligat illos ad ullam rem, quæ vel Deo, vel proximo aduersetur,

CAPVT XXIX.

Refutantur ineptæ consequentiæ Arnaldi.



Habes ergo Iesuitarum obedientiam, & quomodo Deum amore Dei præsentem in suo Magistratu agnoscant & reuereantur; habes etiam mendacia tua patefacta, assertionesq; temerarias confutatas: at verò collectio, quam deducere vis ex hac obedientia, non minùs est inepta & falsa, quàm assumptio. Faciamus enim Iesuitarum generalem Præpositum, cui sese voto obedientiæ obstringunt, semper esse Hispanum; annè idcirco omnes Hispani erunt? Annè amorem illum patriæ omnibus à natura insitum, momento temporis transferent in regionem & nationem exteram? Siccine vnico temporis puncto affectionem omnium dulcissimam, & in intimis quasi anime fibris inhærescentem radicitus euellēs? Vlysses magis amabat fumum suæ Ithacæ, quàm Calypsus regnum externum: qui habitant in Pedemontio, præferunt suas casulas Romanis palatiis. Si memoria natalis soli obliterari nequit; quomodo fieri potest, vt quis pietatem illam in patriam & nationem propriam exuat, aliamque mentem & aliquando priorì planè repugnantem induat? Putásne Generalem Iesuitarum esse omnipotentē, vt naturas & constitutiōnes suorum arbitratu suo transmutare possit? Putásne, eū cum subditis suis agere more eorum, qui pecuniam signant, quibus familiare nummos veteres noua inscriptione & imagine insigniendos colliquefacere, & tum denuò cudere?

P

Putásne

Inepta confe-
quentia Arnaldi.

Putásne, illum posse transmutare Polonos, Moscouitas, Germanos & Heluetios, Flandros, Italos, Lusitanos, Anglos, Scotos, Hybernos, & alias nationes, (ex quibus ista Societas constat) animis, corporibus, studiis, pensionibus, imò & toto caelo diuersas, quarum maior pars ab omni alio potius, quam à suo nativo loco abhorret? Putásne, illum ex omni ligno posse Mercurium efficere, & quosuis calceos cuius pedis, & quamuis galeam cuius capiti accomodare? Si tua illa Consequentia proba esset; tum sequeretur, cum Iesuitarum Generalis erit alterius nationis (nam vt olim non semper fuit Hispanus, & vt neque nunc est Hispanus: ita nec in posterum semper erit Hispanus) Sequeretur, inquam, vt veluti Chamæleontes aut Protei, derepentè colorem suum & naturam ad nationem illam conformarent. Idem contiget aliis Religionibus. Nam si propterea, quòd primus fundator Ignatius tibi Hispanus fuit, (fuit autem Biscainus) & si propter successores illius Hispanos, omnes Iesuitæ debent esse Hispani; omnes etiam Dominicani & Franciscani, qui sunt in Gallia, erunt aut Hispani aut Itali; quia S. Dominicus fuit Hispanus, & S. Franciscus Italus. Et maior pars generalium Ministrorum electi sunt ex his duabus nationibus. Omnes Bernardini Germaniæ, Italiæ, & Hispaniæ erunt Galli; quia S. Bernardus illorum fundator fuit Gallus, & cæteri Generales eius Ordinis sunt Galli. Quod si istas consequentias pro absurdis habes; fatearis te Logicum esse sine ratione, & Iesuitas non esse Hispanos tuâ sententiâ. Si non sunt Hispani: non sunt igitur auctores calamitatum Galliæ; ideò enim eos auctores esse calumniaris, quòd sint Hispani.

C A P V T XXX.

Ignorantia Arnaldi, & pro quibus Iesuitæ orent.

Acce-